

Cumque securi nimium et sui de mul- 16. 12. 12. 122.
titudine valida presumentes, letabundi,
et quasi jam triumphantes nocturno
tempore quiescentes proximas circa La-
cum-album villas occupassent, milicia
principis Thuringie ex paucis collecta
repentino lapsu, in nocte ^{sancti} Nicolai, jam
dicte multitudinis viriliter et vehemen-
ter insultavit, atque Fredericum comitem
de Stolbergk in armis occupavit, curijs
cum equis et edificiis suis usibus man-
cipavit. Rapifer vero cum suis fugit.

Factum est anno Domini M^oCC^oXLIII. His
itaque peractis, fama febrescente de
adventu Romani regis, ^{con}muniter
castra, civitates, et opida illustrantur,
populi favorabiliter ad illum coa-
dunantur. Deinde rex Bohemie, lant-
gravius Thuringie, cum ceteris regni ba-
ronibus, ad indictam sibi in Franckforat
auriam circa Epiphaniam Domini ac-
cinguntur: ubi lantgravius a rege cum
quingentis fere militibus, gratissimo oc-
cursu, gloriose receptus est. Post hec an-
tem rex Francie, faciem regis cum be-
nedictione XX. milium marcarum ar-
genti preveniens, fedus ad invicem pepi-
gorunt, ut in prosperis et adversis se mu-
stis vicissitudinibus consolidarent. Pe-
quisitus igitur rex novus Romanorum
a Spirensi

attinguntur.